



Sted

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

T H E S E S
I N V S V M

COLLEGII DISPVTATORII,

QVOD SINGVLIS MERCVRII DIEBVS,
I N S C H O L A E S A N G E R H V S A N A E
A V D I T O R I O M A I O R I

H A B E T V R,
P V B L I C I I V R I S F A C I T,

E T A D A V D I E N D V M O M N E S, Q V I I V S T V M M V S I S
P R E T I V M S T A T V V N T,

A D O P P O N E N D V M V E R O I L L O S,

Q V I

I N H A C P A L A E S T R A E X E R C I T A T I S V N T,
D E C E N T E R I N V I T A T

M. C H R I S T I A N V S G O T T L O B
K A E N D L E R V S,

R E C T O R.

F A S C I C V L V S T E R T I V S

Complectens Theses a sexto die Ascensionis Christi usque ad finem anni excutiendas.

L I P S I A E,

L I T T E R I S B R E I T K O P F I A N I S

A N N O M D C C C X L

AK





Die XXV. Mensis Maii disputabunt

Respondens Gottlob Frid. Boetticher, Gros Oerner Thuring. & Opponentes Christian. Iac. Wilh. Fischer, Sangerh. (qui successit in locum Gottlob Erdm. Planerti, qui ad Academiam Ienensem abiit) & IOH. GOTTFR. BRENNER, Sang. Theses erunt sequentes:

- 117) Peccatum non debet distingui in Theologicum & Philosophicum.
- 118) Resurrectiones, quas vocant, mentales, non decent virum probum.
- 119) Scriptura non distinguit inter Episcopos & Presbyteros.
- 120) Nulla dari potest ratio sufficiens frigoris huius anni plane extraordinarii.

Die I. M. Iunii.

Resp. C. I. W. Fischer, Opp. I. G. Brenner & LVD. CHRIST. ERN. EVERARDI, Eckartsbergenis (qui successit in locum Frid. Wilh. Schueteri, qui scholam Ilesfeldensem petiit.)

- 121) Nulla datur vita aeterna inchoata in hoc aeuo, sed saltem eius praegustus.
- 122) Mater obligata est infantem suo lacte nutrire.
- 123) Ius Romanum commode potest usurpari in Germania.
- 124) Machiavelus non est excusandus.

Die XV. M. Iunii.

Resp. I. G. Brenner, Opp. L. C. E. Euerardi & IOH. CHRISTOPH. RICHTER, Luedersdorf Thur.

- 125) Ecclesia Evangelica nullas habet reliquias Papismi.
- 126) Libri Apocryphi non sunt diuinae auctoritatis.
- 127) Mare est natura liberum, pactis clausum.
- 128) Comites S. R. I. magnam habent praerogatiuam prae nobilibus immediatis.

Die XXII. M. Iunii.

Resp. I. C. E. Euerardi, Opp. I. C. Richter & IOH. GOTTLIEB OLEARIVS, Sangerh. (qui successit in locum Frid. Iobst Planerti, qui Academiae Ienensis cuius factus est.)

- 129) Iephtha non immolauit filiam.
- 130) Iudaei Aegyptum relinquentes non commiserunt furtum.
- 131) Vitale est principem habere Purpuratorum principem.
- 132) Festum natiuitatis Christi celebrari coepit seculo quarto.

Die XXIX. M. Iunii

Resp. I. C. Richter, Opp. I. G. Olearius & IOH. CHRISTIAN. HILDEMANN, Bachra Thur.

- 133) Lucas Euangelista fuit medicus.
- 134) Materia non potest cogitare.
- 135) In legibus matrimonialibus prohibentur personae & gradus.
- 136) In crimine homicidii nulla valet praescriptio.

Die VI. M. Iulii.

Resp. I. G. Olearius, Opp. I. C. Hildemann & IAC. FRID. BAMBERG, Sangerh. (qui successit in locum Geörg. Frid. Schmidt, Zichernitz Thur. qui Academiae Wittebergeni nomen dedit.)

- 137) Excommunicatio in ecclesia est retinenda.
- 138) Iudas usus est sacra coena.
- 139) Satyra in republica potest tolerari.
- 140) Patres Ante-Nicaeni non fuerunt Ariani.

Die XIII. M. Iul.

Resp. I. C. Hildemann, Opp. I. F. Bamberg & IOH. FRID. ROETSCHER,
Winckel Thur.

- 141) Constantinus M. fuit primus Imperator Christianus.
- 142) Circumcisio non debet originem gentibus.
- 143) Doctrina de Temperamentis non est reiicienda.
- 144) Ambrosii zelus erga Theodosium non est probandus.

Die XX. M. Iulii.

Resp. I. F. Bamberg, Opp. I. F. Roetscher & IOH. AD. FRID. HAGEMANN,
Leimbach Thur.

- 145) Christus non venisset, nisi homines peccassent.
- 146) Nefas est vxoris defunctae sororem ducere.
- 147) Datur actionum moralitas intrinseca.
- 148) Figurae Syllogisticae non sunt negligendae.
Diebus canicularibus strenue pergunt praeceptores in lectionibus publi-
cis, priuatis & priuatissimis, sed cessant pomeridianae, hinc etiam Col-
legium Disputatorium, per hoc tempus cessat.

Die VII. M. Sept.

Resp. I. F. Roetscher, Opp. I. A. F. Hagemann, & ANTON. GOTTLIEB
SCHMIDT, Sangerh.

- 149) Nulla actio est indifferens.
- 150) Fabulam sapiunt, quae de Iohanna Papissa traduntur.
- 151) Imagines possunt tolerari in templis.
- 152) Diabolus non potest miracula facere.

D. XIV. M. Sept.

Resp. I. A. F. Hagemann, Opp. A. G. Schmidt, & IOH. CHRIST. STRUUE,
Sangerh.

- 153) Elus sanguinis in N. T. non est interdictus.
- 154) Christianus rectius supplicium sustinet, quam imaginem Christi cruci
affixi, tyranno iubente, pedibus conculcat.
- 155) Indigni etiam accipiunt verum corpus & sanguinem I. C.
- 156) Existentia reuelationis potest demonstrari ex ratione.

D. XXI. M. Sept.

Resp. A. G. Schmidt, Opp. I. C. Struue & G. F. BOETTICHER,
Sangerh.

- 157) Nullum datur purgatorium.
- 158) Matrimonium iure dicitur sanctum.
- 159) Ritus in amici sanitatem bibendi est tolerandus.
- 160) Cetiph semper praeferendum est Ceri.

D. XXVIII. M. Sept.

Resp. I. C. Struue, Opp. G. F. Boetticher & C. I. W. FISCHER,
Sangerh.

- 161) Ad religionem nemo debet cogi.
- 162) Saltatio potest tolerari.
- 163) Viri possunt obstetricis munere fungi.
- 164) Donatio Constantini M. omni fundamento caret.

D. V. M. Octobr.

Resp. G. F. Boetticher, Opp. C. I. W. Fischer & I. G. BRENNER,
Sangerh.

- 165) In N. T. nullum est sacrificium proprie sic dictum.
- 166) Matrimonium cum coniuge disparis religionis non est prohibendum.
- 167) Iubilea rite possunt celebrari.
- 168) Systemata Theologica non sunt contemnenda.

D. XII. M. Oct.

Resp. C. I. W. Fischer, Opp. I. G. Brenner & L. C. R. EVERARDI,
Sangerh.

- 169) Diaboli damnatos non exeruciabunt.
- 170) Nulli inueniuntur Athei.
- 171) Nullus cuneus per fulgur in terram desertur.
- 172) Dantur Antipodes.

D. XIX. M. Oct.

Resp. I. G. Brenner, Opp. L. C. E. Euerardi & I. C. RICHTER.

- 173) Ecclesia nostra potest dici Lutherana.
- 174) loci non sunt prohibiti.
- 175) Habitus sacerdotum distinctus coepit seculo quarto.
- 176) Brutis non denegari potest sermo.

D. XXVI. M. Oct.

Resp. L. C. E. Euerardi, Opp. I. C. Richter & I. G. OLEARIUS.

- 177) Descensus Christi ad inferos est proprie exponendus.
- 178) Nullus extat Liber de tribus impossoribus,
- 179) Alexander III. P. M. Fridericum I. non pedibus calcavit.
- 180) Gradus Academici non sunt improbandi.

D. II. M. Nou.

Resp. I. C. Richter, Opp. I. G. Olearius & I. C. HILDEMANN.

- 181) In natura nullum datur vacuum.
- 182) Infantes sine baptismo decedentes non sunt damnandi.
- 183) Itinera maxime profunt erudito.
- 184) Situs Paradisi est incognitus.

D. IX. M. Nou.

Resp. I. G. Olearius, Opp. I. C. Hildemann & I. F. BAMBERG.

- 185) Idem numero corpus est resuscitandum.
- 186) Avarus magis nocet rei publicae, quam voluptati & ambitioni deditus.
- 187) Vana sunt, quae traduntur de Praelaigiis.
- 188) Lingua Ebraea est omnium antiquissima.

D. XVI. M. Nou.

Resp. I. C. Hildemann, Opp. I. F. Bamberg & I. F. ROETSCHER.

- 189) In nouo testamento idem est modus saluandi, qui in veteri fuit.
- 190) Nomen יהוה soli Deo competit.
- 191) Religio naturalis non sufficit ad salutem.

192) Christus sustinuit pro nobis mortem naturalem & aeternam non vero spirituaalem.

D. XXIII. M. Nou.

Resp. I. F. Bamberg, Opp. I. F. Roetscher & I. A. F. HAGEMANN.

- 193) Status integritatis non est principium iuris Naturae.
- 194) Planetae sunt sedecim.
- 195) Aristoteles non fuit Atheus.
- 196) Nullus statui debet Spiritus mundi.

D. XXX. M. Nou.

Resp. I. F. Roetscher, Opp. I. A. F. Hagemann & A. G. SCHMIDT.

- 197) Systema Manichaeorum ex ratione potest refutari.
- 198) Dominium eminens non debet in dubium vocari.
- 199) Magistratus originem ducit a Deo.
- 200) Haruaeus primus obseruauit circulationem sanguinis.

D. VII. M. Dec.

Resp. I. A. F. Hagemann, Opp. A. G. Schmidt & I. C. STRVVE.

- 201) Iobus & Salomon non fuerunt Sceptici.
- 202) Historia continet etiam demonstrationes.
- 203) Iuramentum facit nouam obligationem.
- 204) Fluxus & refluxus maris dependet a luna.

His expositis, repeto preces meas, ut omnes ciuitatis nostrae incolae, qui elegantiores litteras, scholam, me, & alumnos meos, fauore suo dignantur, horas colloquiis nostris eruditus destinatas frequentare pergant. P. P. Dom. Rogate A. O. R. MDCCXL.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
rest. nicht vergeben!



1077

R.40



T H E S E S
IN VSVM

COLLEGII DISPVTATORII,

QVOD SINGVLIS MERCVRII DIEBVS,
IN SCHOLAE SANGERHVSANAE
AVDITORIO MAIORI

HABETVR,
PVBLICI IVRIS FACIT,

ET AD AVDIENDVM OMNES, QVI IVSTVM MVVIS
PRETIVM STATVNT,

AD OPPONENDVM VERO ILLOS,

QVI

IN HAC PALAESTRA EXERCITATI SVNT,
DECENTER INVITAT

M. CHRISTIANVS GOTTLOB
KAENDLERVS,

RECTOR.

FASCICVLVS TERTIVS

Complectens Theses a festo die Ascensionis Christi vsque ad finem anni excutiendar.

LIPSIAE,

LITTERIS BREITKOPFIANIS

ANNO MDCCXL

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black